AUGUSTINUS. ETC.
12. Jh. Seite 21r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ubi hec docebat. eo audito. nupsisse dicuntur. non sane ipse habe
bat uel habere uolebat uxorem. quod propter aliquid apud deum maius meri
tum in regno uite perpetue profuturum. scilicet propter presentem prodeunt necessita
tem. hoc est ne homo coniugales patiatur molestias disputabat. sicut ta
men ista heresis oppressa extinctaque est. nec usque ad deceptionem aliquorum
sacerdotum potuit peruenire. Lxxx

um eusebii historiam perscrutatus essem. cui rufinus a se in latinam lin
guam translate subsequentium etiam temporum duos libros addidit. non
inueni aliquam heresim. quam non inuenerim apud istos. nisi quam in sexto
libro ponit eusebius narrans eam extitisse in arabia. Itaque hos here
ticos quoniam nullum eorum ponunt auctorem arabicos possumus nuncupa
re qui dixerunt animas cum corporibus mori atque dissolui. et in fine
seculi utrumque dissoluere. Sed hos disputacione origenis presentis et
eos alloquentis celebrime dicunt fuisse correctos. Iam nunc ille commo
morande sunt hereses que apud nos non apud istos reperte sunt. scilicet in recorda
tionem nostram quomodocumque ueniunt. Lxxxi.

Heluidiani orti ab heluidio. ita uirginitati marie contradicunt.
ut etiam post xpm alios et filios de uiro suo ioseph peperisse conten
dant. Sed nimirum istos pretermisso heluidii nomine antidico
maritas epiphanius appellauit. Lxxxii. Patriniani inferio
res partes humani corporis non adeo scilicet a diabolo factas opinantur.
et omnium ex illis partibus flagiciorum licentiam tribuentes in purissi
me uiuunt. hos etiam uenustianos uocant. Lxxxiii.

Tertullianiste a tertulliano cuius multa leguntur opuscula eloquen
tissime scripta. usque ad nostrum tempus paulatim deficientes in extre
mis reliquis durare potuerunt in urbe cartaginensi. Me autem ibi